

in puteos quosdam communes. atque ita fit, ut, mirabili quadam facilitate & artificio, superiori urbis parti de aquis abunde prospectum sit, cum non minori sane spectatorum admiratione quam oblectamento. Nec prætereunda est Fossa Nova, vulgo de *Nieuwewaert*, Spinola autore facta, per quam iter Gandavum, octo leucarum, commoditas mercibus ulro citro- que vehendis, maxima; &, ob castella & rece- ptus ripam munientes viginti & amplius, firma securitas. Sunt qui Brugenses afferant Grudios Cæsaris esse, & nomen id Lovaniensibus eant ereptum, sed neque hic, neque ibi firmitatem esse, sed ventulos opinionum, quibus nimis indulgent, & ferri se patiuntur ingenia quædam hujus ævi, magnus Lipsius afferit.

*Fr. in cona-  
tes.*

Pertinent huc Franconates, sic dicti, quod ju- gum Brugensem excusserint, cervicesque suas liberaverint, continentque eorum territorium agrum illum, qui est circa Brugas, fere ad 7 mil- laria, ac vulgo vocatur 't Land van den Vryen. Iurisdictionem habet pagorum plurimorum, ac omnibus fere oneribus exempti sunt. Consti- tuunt hi nunc quartum membrum Flandriæ. Brugis monumenti loco obtenditur *Damma*, quam perlabitur vetus Brugensem alveus. Ho- die inter munitissimas est totius Belgii arces, novis à Marchione Spinola propugnaculis ro- borata. In Franconatum territorio sita est *Oo-  
fenda*, ad mare, olim piscatorum oppidum, ma- gna ex parte munitione carens, etiamnum an. 1572, sed sex annis post mœnibus septum fuit. Portum habet etiam refluxo mari navigabilem. Huc octo immania cete appulerunt an. 1404, quorum singula erant longa pedes 74. Anno etiam 1426 captus fuit porcus marinus, ter- restri simillimus, nisi quod altero tanto major es- set. Anno autem 1600, Flandriæ Imperium tenente Archiduce Alberto, Flandri ad inhibendas militum nostrorum incursionses eam circum circa vallis cinxerunt, eo tamen excur- siones impedire minime potuerunt, quamvis in circuitu 17 propugnaculis circumvallata esset; inter quæ *S. Catharina*, *Isabella*, *Albertus*, *Clara*. Quare Flandri vehementer instabant, ut hæc urbs obsidione expugnaretur. Obsessa igitur fuit quinto Iulii anno 1601. Obsidionis initium terrible satis & vehemens, ipsa toto ejus decur- su Martia plane & cruenta, nec post hominum memoriam ulla durabilior, adeo ut toto obsi- dionis tempore utrumque centum & decem millia hominum perierint. Reperti sunt in ve- stibus Hispani cujusdam præfecti, sive commis- farii, pugillares, in quibus mortuorum numerus curiose satis annotatus; periere nempe tribuni seu militum præfecti, vulgo *Marechali de Campo*, novem: Chiliarchæ, qui vulgo *Colonelli*, quinde- cim; castrorum Præfecti viginti novem: Duces, vulgo *Capitanei*, 565: Signiferi 322: Locumtenen- tes 1116: Ordinum ductores 671: vulgares ordinum ductores 9166: Magistri equitum 600: Gregariorū militum, & cuniculariorum 5463:

*Belgica.*

Nautæ 611: pueri mulieresque 119. Summa omnium fuerunt millia LXXII, & CXXVI. Por- ro inter Oostendam & Neoportum commis- sum prælium illud memorabile inter Archidu- cem Albertum Austriacum, & Principem Ma- ritium, in quo utrinque cæsi occubuere vii peditum & equitum millia, victoriam reportante Mauritio. Captus fuit Franciscus Mendoza Admirallus Aragoniæ, ac cum illo duces plurimi, erepta hosti signa militaria c v, quæ Haga sus- pensa tantæ rei fidem posteritati faciunt. Possi- dent hodie Ordines Federati in hac Flandriæ parte oppida quædam & validas aliquot muni- tiones. Primo *Sluys*, vulgo *Sluys*. (*Claustra Si-  
geberto*, ut notat Lipsius) Urbs est maritima, quinto milliari à Middelburgo Zelandorum, à Brugis tertio distans; copiosa olim & opulenta, magnique nominis, dum commercia hic flo- rent: sed illam tum offensiones in mercatores Oosterlingos, quorum quadraginta anno 1436 oppidanorum furiis periæ: tum maxime diffi- dia cum Brugensibus pessum dederunt: imprimis simultates illæ ob Ioannem Namurensem loci dynastam contra eosdem Brugenses suscep- tæ, à quibus maximam cladem perpessa est, victa, direpta, flamnisque miserum in modum fœda- ta. Ex quo factum, ut tandem à Principe suo fuerit vendita. Arx ad oppidi latus pulcherri- me ædificata, olim per continua ædificia ipsi oppido conjuncta, quæ Brugenses post consulto diruerunt. Variam fortunam hoc civili bello urbs fuit experta. Nam cum constans in federe perstaret, à Duce Parmensi anno 1587 arctissime fuit obsessa, acriter oppugnata, & per cuni- culos suffossa, adeoque mille iæribus tormentorum conqualata, quæ præsidarii fortissime sus- tinuerunt, donec commeatu penitus exhausto, aliisque ad defensionem necessariis deficienti- bus, hosti se certis conditionibus dedere cog- rentur, quas non indecoras virtute sua obti- nuerunt. Ab eo tempore urbs sub Regis Im- perio mansit ad annum 1604, quo Princeps Arausionensis Mauritus eam obsedit, & ter- tio postquam eam cinixerat mense ad deditio- nem inedia compulit. Sita est urbs ad oram pò- rtus sui, semilunari pene forma, & situ loci & multis validis operibus, quæ hodierni belli con- suetudo invenit, permunita. Satis ampla est, quippe quæ pene milliare ambitu complecta- tur, sed multis locis ædibus vacua, ita ut pascua alendis vaccis intra se habeat. Regimen politi- cum est penes supremum Baillivum, duos Con- sules, (quorum alter Scabinorum, qui septem sunt numero, Consul dicitur) & Graphiatum. Magistratus autem hi quotannis mutantur mense Septembri ab illustrib. DD. Ordinum General. deputatis, sub quorum auspiciis & Gubernatorem accepit, cui suprema cura op- pidi commissa. In eodem oppido & collegium habetur, quod Franconati jus dicit, constans Baillivo, Consule, & septem Scabinis, Pen- sionario & Graphiaro.

T

Ad